



Sala  
Gab. R  
Est.  
Tab. 2  
N.º 29

Sala

Gab. R

Est.


Tab. 2

N.º 29

R  
2  
29

4  
—  
66

—  
27



ORDO AD INVN  
gendum infirmum &  
**ad communicandum** At  
q; ad mortuum sepeli  
endum. Secūdum  
**Cisterciensis or  
dinis** consu  
etudinem.  
**1555.**



*Versus pro extrema unctione.*

*Sinola pulsetur bis, unctio significatur.*

*Unctio cum fiet. veniet hoc ordine fratres.  
Fons, lux, crux, abbas, senior, iuvenes, noui  
(conuers.*



Quo ordine in-

ungantur infirmi, & est caput. 93. vsu  
um.



**A**d inungendum infirmum pul-  
setur signum tandiu donec v-  
num Pater noster d' possit. Et  
facto paruo interuallo, iterum  
pulsetur signum eadem mora. Et  
tunc induatur abbas, alba, stola, & manipulo, vir-  
gam sumens pastorale (Qui si defuerit, aut Can-  
tor faciat, aut cui innuerit). Quo induto & signo  
pulsato, veniat Conuentus in chorū: & sic incipi-  
ent psalmum **Beatus qui intelligit, deinde. Iudi-  
ca me Deus & post. Voce mea ad dominum cla-  
maui, vnicuique psalmo ad iungentes Gloria pa-  
tri.** Procedant eo ordine quo stant in Choro: sa-  
cerdotibus sequentibus abbatem post crucem, &  
lumen in absconsa & aquam benedictam. Si au-  
tem necesse fuerit psalmus vltimus renatur.  
Sacrista vero pergens in ordine suo ferat ole-  
um & stupas vel pannum ad detergendum vni-  
cturam. Quotiens dicitur **Per istam sanctam  
vntionem** stupæ mittentur vel pannus quas po-

**Stea in piscina ad hoc deputata comburat:**

**Psalmus.**

**B**Eatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus.

**D**ominus conseruet eum & viuificet eum: & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

**D**ominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

**E**go dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.

**I**nimici mei dixerunt mala mihi: quoniam morietur & peribit nomen eius.

**E**t si ingrediebatur vt videret vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitate sibi.

**E**grediebatur foras: & loquebatur in id ipsum.

**A**duersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

**V**erbum iniquum constituerunt aduersum me: numquid qui dormit non adiciet vt resurgat.

**E**t enim homo pacis mee in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantatione.

**T**u autem domine miserere mei & resuscita me: & retribua eis.

**I**n hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

**M**e autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

**B**enedictus dominus deus Israel a seculo et in seculum: fiat fiat.

**G**loria patri & filio: & spiritui sancto.

**S**icut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum amen.

**Psalmus.**

**I**udica me deus & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me.

**Q**uia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus.

**E**mitte lucem tuam & veritatem tuam ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

**E**t introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuventutem meam.

**C**onfitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es anima mea, & quare conturbas me.

**S**pera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.

**G**loria patri & filio: & spiritui sancto.

**S**icut erat in principio & nunc & semper: & in secula seculorum amen.

**Psalmus.**

**V**oce mea ad dominum clamavi: voce mea ad dominum deprecatus sum.

**E**ffundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuncio.

**I**n deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognovisti semitas meas.

**I**n via hac qua ambulam: absconderunt laqueum mihi.

**C**onsiderabam ad dexteram & videbam: & non erat qui cognosceret me.

**P**erijt fuga a me: & non est qui requirat animam meam.

**C**lamaui ad te domine: dixi tu es spes mea: portio mea in terra viventium.

**I**ntende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.

**L**ibera me a persecquentibus meis: quia confortati sunt super me.

**E**dac de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti donec retribuas mihi.

**G**loria patri & filio & spiritui sancto.

**S**icut erat in principio & nunc & semper: et in secula seculorum amen.

**Cum** autem pervenerint ad infirmum finitis psalmis Qui unctionis agit officium dicat. Pax huic domui: & conventus re. **undeat.** Amen. & ita iterum sacerdos subsequatur. **Dominus vobiscum.** & **Oremus.**

**O**mnipotens sempiternus deus, qui  
per beatum Iacobum apostolum  
tuum inducere presbiteros ecclesie,  
& ungeri infirmos precepisti, & presta  
quæsumus: ut digneris per manus no  
stras (hunc famulum tuum infirmum)  
**hanc famulam tuam infirmam** de o  
leo isto sanctificato ungeri, & benedi  
cere, & quod exterius fideliter postu  
lantes amplectimur: hoc interius spi  
ritualiter diuina tua virtus inuisibili  
ter operetur. Per dominum nostrum.  
**qua finita & responso. Amen dicat infirmus.**

**C**onfiteor deo & beatæ Mariæ &  
omnibus sanctis & tibi pater quia  
peccaui nimis cogitatione loquutio  
ne & opere, mea culpa: ideo precor te  
ora pro me. **Vel si illud dicere nescierit vel  
nequiverit, tunc dicens pectus suum dicat** mea cul  
pa de omnibus peccatis meis precor vos orare  
pro me, & dicatur: **ci ab omni conuentu.**

**M**isereatur tui omnipotens deus  
& dimittat tibi omnia peccata  
tua, liberet te ab omni malo: Conser-  
uet & cōfirmet in omni opere bono,  
et perducatur ad vitā æternam. Amen.

*Et post abbas si affuerit, dicat hanc absolutionē.*

**D**ominus Iesus Christus qui dixit  
discipulis suis, quæcunq; ligaueri-  
tis super terram erunt ligati et in coelis  
& quæcunq; solueritis super terrā  
erunt soluta & in coelis: de quorum  
numero quamuis indignos nos esse vo-  
luit: ipse te absoluat per ministeriū no-  
strum ab omnibus peccatis tuis, quæ  
cūq; cogitatione, loquutione, operati-  
one negligenter egisti, atque a nexi-  
bus peccatorum (absolutum,) **absolu-  
tā**, perducere dignetur ad regna celo-  
rum: Qui cum patre & spū sancto vi-  
uit & regnat deus per omnia secula se-

culorum. Amen. *Si vero abbas defuerit dicat ipse qui inungit.*

**I**ndulgentiam & remissionem omnium peccatorum tuorum per gratiam sancti spiritus, tribuat tibi omnipotens & misericors dominus. Amen

*Quo dicto qui inungit offerat ei crucem ad osculandum. Quo facto & cruce reddita appropinquans sacerdos ad aegrotum, intincto pollice in oleo, inungit eum in septem locis, ita dicendo.*

**P**er istam ✠ sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam: indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum? *Hæc oratio repetatur per cetera loca scilicet per auditum. Per odoratum, per gustum, per tactum, per ardorem libidinis, per incessum pedum. Manus & pedes de super tantum inungantur cuiuslibet ordinis sit qui inungitur. Et inuncto infirmo, dicat Conuētus psalmū sequentē.*

*Psalmus.*  
**B**enedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius.

**B**enedic anima mea domino: & noli obliuisci

ei omnes retributiones eius.

**Q**ui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

**Q**ui reddimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

**Q**ui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur ut aquilæ iuuentus tua.

**F**aciens misericordias dominus & iudicium: omnibus iniuriam patientibus.

**N**otas fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas.

**M**iserator & misericors dominus: longanimis & multum misericors.

**N**on in perpetuum irascetur: neq; in æternum comminabitur.

**N**on secundum peccata nostra fecit nobis: neq; secundum iniquitates nostras retribuit nobis.

**Q**uoniam secundum altitudinem coeli à terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se.

**Q**uoniam distat ortus ab occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.

**Q**uomodo miseretur pater filiorum? misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

**R**ecordatus est quoniam puluis sumus? homo sicut foenum: dies eius tanquam flos agri sic efflorescit.

**Q**uoniam spiritus pertransibit in illo & non sub-

sister: & non cognosceat amplius locum suum.

**M**isericordia autem domini ab eterno & usque in  
eternum: super timentes eum.

**E**t iusticia illius in filios filiorum: his qui seruant  
testamentum eius.

**E**t memores sunt mandatorum ipsius: ad facien-  
dum ea.

**D**ominus in caelo parauit sedem suam: & regnum  
ipsius omnibus dominabitur.

**B**enedicite domino omnes angeli eius & poten-  
tes virtute: facientes verbum illius ad audienda  
vocem sermonum eius.

**B**enedicite domino omnes virtutes eius: ministri  
eius qui facitis voluntatem eius,

**B**enedicite domino omnia opera eius: in omni  
loco dominationis eius, benedic anima mea do-  
mino **G**loria patri.

**Q**uo dicto dicant omnes, Kyrieleyson, Christe  
leyson, kyrieleyson. Pater noster &. Et neno  
inducas. **P**reces. **V**er. Ostende nobis domine mi-  
sericordiam tuam &. **R**es. Et salutare tuum da no-  
bis &. **V**er. (Saluum fac seruum tuum &) (Salua fac  
ancillam, tuam &). **R**es. Deus meus sperantem  
in te. **V**er. Mitte ei domine auxilium de sancto &  
**R**es. Et de syon tuere (eu & )eam &. **V**er. Nihil pro-  
ficiat inimicus in (eo. &) ea &. **R**es. Et filius iniqui-  
tatis non apponat nocere ei &. **V**er. Esto ei domi-

ne turris fortitudinis? **Ref.** A facie inimici?  
**Yer.** Dominus vobiscum? **Ref.** Et cū spiritu tuo.

**Oratio.**

**O** Remus dominum nostrum Ie-  
sum Christum fratres, & cum  
omni supplicatione rogemus? vt (hūc  
famulum suum) **hāc famulam suam**  
per angelum suū sanctū visitare, læti-  
ficare, & confortare dignetur: Qui vi-  
uit & regnat deus. Per omnia secula,  
seculorum.

**Alia oratio.**

**P**ropicietur dominus cunctis ini-  
quitatibus huius (infirmi?) **ifirma?**  
redimatque de interitu perpetuę mor-  
tis vitam eius, & corroboret & satiet  
in bonis omnibus desyderium eius.  
Qui viuit & regnat deus.

**Alia oratio.**

**D**A veniā domine (famulo tuo?) **fa**

**mulx tu x?** & clementer libera ab æ-  
gritudine corporis laboratē: & cū  
a tua iusticia corrigis (deuium?) **deui**  
**am?** Celeri defende miseratione (cor-  
rectum.) correctam. Per Christum,

**Alia oratio.**

**B**enedicat te deus pater? sanet te  
dei filius? illuminet te spiritus san-  
ctus? custodiat corpus tuum animam  
tuam saluet? cor tuum irradiet? sensū  
tuum dirigat? & ad supernam vitam  
te perducatur: Qui in trinitate perfecta  
viuit & regnat per omnia.

**Alia oratio.**

**B**enedicat te deus coeli? adiuuet te  
Christus filius dei? corpus tuum  
in suo sancto seruitio custodiri & con-  
seruari faciat? mentem tuam illumi-  
net? sensum tuum dirigat? gratiam  
suam ad profectū animæ tuæ in te au-

geat? ab omni malo te liberet? dexte  
ra sua te defendat? qui sanctos suos se  
per adiuuat, ipse te adiuuare & conser  
uare dignetur. Per omnia secula secu  
lorum? Amē.

*Alia oratio.*

**B**enedicat te deus pater, qui in prin  
cipio cuncta creauit ex nihilo? be  
nedicat te dei filius qui de supernis se  
dibus saluator descendit? benedicat  
te spiritus Sanctus, qui in similitudine  
colubæ in flumine Iordanis requieuit  
in Christo? ipse te in trinitate sanctifi  
cet, quem omnes gentes venturum  
expectant ad iudicium: Qui uiuit &  
regnat deus Per omnia. *Quibus expletis  
omnes exant.*

# Ordo ad cōmu- nicandum infirmum.

Versus pro cōmunionē dāda.

*Taluer est danda communio deniq̄ sancta.  
Fons, vinū, lux, crux, hinc obbas siue sacer-  
dos.*

**Q**uod si infirmus statim cōmunicari de-  
buerit, eat cum ministris qui eum perun-  
xit ad ecclesiam, aut alius pro eo si neces-  
se fuerit. Et ablutis manibus in piscina  
deferat sacram cōmunionē cum calice offer-  
torio cooperto, prae eunte cruce, lumine, aqua be-  
nedicta. Alius etiam inter lumen & aquam de-  
ferat ampulā vinariā, ad conspergendos digitos  
in calice. Cū ad infirmū venerint, qui fert aquā  
aspergat eum. Sacerdos vero dicat ei: **Ecce**  
**frater corpus domini nostri Iesu christi quod ti-**  
**bi deferimus. Credis hoc esse illud in quo est sa-**  
**lus, vita, & resurrectio nostra? Quo responden-**  
**te Credo moncat eum dicer e Confiteor, si mo-**

nachus est. Quo dicto sacerdos cum his qui adē  
rint dicat Misereatur tui. Et postea solus subiun  
gat Indulgentiam. Deinde communicet eum di  
cens Corpus domini nostri Iesu christi custodiat  
te in vitam aeternam. Si conuersus est vel mona  
chus qui non intelligat literas, idem illi Romā  
nē exponat sacerdos. Et conuersus romanē con  
fiteatur se peccasse cogitatione, loquutione, & o  
pere. Similiter monachus romanē confiteatur  
si suū nescit Confiteor. Idē quoq; fiat quorū gra  
ui necessitat quis tenetur. Quod enī de fide suā  
infirmus interrogari praecipitur, nō de omnibus  
infirmis, sed tantū de inūctis, & de his qui in ex  
tremis videntur agere intelligitur. Similiter eti  
am alijs vicibus quando cōmunicātur infirmo  
monachi vel conuersi, nō permittat sacerdos ali  
quā euenire negligētiā, sed de his quae ad hoc sūt  
necessaria loquatur. Quo cōmunicato discedat.  
**C** Quādo infirmus mortis penitus a propinqua  
uerit: ponatur ad terram super gasum, supposito  
prius cinere, in modū crucis: & aliqua matta vel  
straminis aliquo ito. De hinc percussa crebris ic  
tibus tabula in claustrō, & pulsato signo in eccle  
sia quater. Quo audito omnes fratres relictis  
omnibus quae in manibus habuerint, accurrant  
velociter ad morientem dicentes Credo in de  
um repetentes illud bis vel ter, si necesse fuerit.  
Si autem ad huc supervixerit dicatur letania.





rrite angeli domi ni susci



pietes animã e ius Offerentes e am



in conspectu al tiffi mi. ✠



**S**uscipiat ea m Christus qui



voca uit, & in sinu Abrahæ ange li

sci de du cant. Kyrieleyson

Christeeleyson. .Kyrie e leyson.

**Oremus.**

**T**ibi domine commendamus animam (famuli tui?) **famulę tuę?** vt (defunctus) **defūctā** seculo tibi viuat: & quę per fragilitatem mundanę cōuersationis peccata admisit? tu venia misericordissimę pietatis absterge. Per dominum nostrū.

**Post istam collectam deferatur mortuus ad la nādum. Prouideat autem prior a quibus & quomodo abluatur. Interim fratribus seorsum a de**

B ij

functo ordinatis circa abbatem sicut in choro  
prout locus permiserit: & quisquis abbas in suo  
dictauerit monasterio. Cōuersis laicis seorsum  
existentibus: abbas ceteras quæ sequuntur subse-  
quatur collectas.

Oratio.

**D**Eus pietatis & bonitatis inuictæ,  
& sēpiterne, clemētię te supplici-  
ter postulamus: vt animā (famuli tui)  
**famulæ tuæ** quā de huius seculi erun-  
nosa peregrinatione precepisti voca-  
ri: vniuersa delictorum remissione cō-  
cessa, in Abrahæ gremio iubeas collo-  
cari. Obsecramus ergo pijsime pater:  
vt (quem) quā vnigeniti tui cruore re-  
demit effusus: non sinatur vermibus  
vorari perpetuis: sed angelici agminis  
deductione (protectus,) **protecta**, pa-  
radisi tui potiatur suauitate (securus?)  
**secura?** & inter victricum turmarū tri-  
umphales cateruas (coronatus) **coro-**

**nata** incedat? á dextris filij tui retri-  
butionem (recepturus) **receptura** assi-  
stat: & sanctorum tuorum fœlici con-  
fortio (deputatus, ) **deputata**, regnũ  
cæleste possideat. Per eundem Chri-  
stum dominum nostrum. Amen.

**Alia oratio.**

**D**iri vulneris nouitate perculsi, &  
quodãmodo cordibus sauciati?  
misericordiam tuam mundi redemp-  
tor flebilibus vocibus imploramus:  
vt (chari nostri) **charæ nostræ** animã,  
ad tuam clementiam qui fons pieta-  
tis es, reuertentẽ, blande leniterque sus-  
cipias? & si quas illa ex carnali contagi-  
one cũtraxit maculas: tu deus inolita  
bonitate clementer deleas? piẽ indul-  
geas? obliuioni in perpetuum tradas:  
atque eandem tibi laudes cum cæte-

ris reddituram, & ad corpus quando-  
q; reuersuram, sanctorum tuorum  
coetibus aggregari precipias. Qui cū  
patre & spiritu sancto uiuis & regnas  
deus. Per omnia. &c.

*Alia.*

**M**iseri cordiam tuā domine sancte  
pater omnipotens æterne deus,  
pietatis affectu rogare pro alijs cogi-  
mur, qui pro nostris supplicare pecca-  
tis nequaquam sufficimus? tamen de  
tua confisi gratuita pietate & inolita  
benignitate, clementiam tuam depof-  
cimus: vt animam (famuli tui) **famu-  
læ tuæ** ad te reuertentem cum pietate  
fufcipias. Adfit ei angelus testamenti  
tui Michael: & per manus sanctorum  
tuorū angelorum, inter sanctos & ele-  
ctos tuos in finibus Abraham, Isaac, &  
Iacob, patriarcharum tuorum, eam

collocare digneris? quatenus libera-  
tam de principibus tenebrarum & de  
locis pœnarum, nullis iam primæ na-  
tiuitatis vel ignorantia, aut p̄pria ini-  
quitate, seu fragilitatis cōfundatur er-  
roribus? sed potius agnoscatúr à tuis:  
& sanctæ beatitudinis requie perfrua-  
tur? atq; cum magni iudicij dies adue-  
nerit, inter sanctos & electos tuos re-  
suscitatus, **resuscitata**, gloria manife-  
stata contemplationis tuæ, p̄petuo sa-  
tietur. Per Christum dominum nos-  
trum.

**Alia.**

**O**Mnipotēs sempiternæ deus qui  
humano corpori animam ad si-  
militudinem tuam inspirare digna-  
tus es: dum te iubente pulvis in pulue-  
rem reuertitur? tu imaginem tuam  
cum sanctis & electis tuis æternis sedi

bus precipias sociari: eaq; ad te reuertē  
tem de Egypti partibus, blande leni-  
terq; suscipias? & angelos tuos fan-  
ctos ei obuiam mittas: viamq; illi iusti-  
tiæ demonstra, & portas gloriæ tuæ  
aperi. Repelle quæsumus ab ea omnes  
principes tenebrarum & agnosce de-  
positū fidele quod tuum est. Suscipe  
domine creaturam tuam, non ex dijs  
alienis creatam? sed à te solo deo viuo  
et vero: quia non est alius deus præter  
te domine, & non est secundum ope-  
ra tua. Lætifica clementissime deus a-  
nimā (famuli tui?) **famulæ tuæ?** & cla-  
rifica eam in multitudine misericor-  
diæ tuæ. Ne memineris quæsumus i-  
niquitatum eius antiquarū, & ebriæ-  
tatū quas suscitauit furor mali de fide-  
rij? licet enim peccauerit tamen te non  
negauit: sed signo fidei (in signitus?)

**insignita?** te qui omnia, & (eum) **eam**  
inter omnia fecisti, fideliter adorauit.  
Qui uiuis & regnas deus, per omnia.

**Alia oratio.**

**S**Vscipe domine animam (serui tui.  
**N.**) **ancillæ tuæ. N.** quã de ergastu-  
lo huius seculi vocare dignatus es: &  
libera eam de principibus tenebrarũ  
& de locis pœnarum, vt absoluta vin-  
culo omnium peccatorum, quietis ac  
lucis æternæ beatitudine perfruatur?  
& inter sanctos & electos tuos, in re-  
surrectionis gloria resuscitari merea-  
tur. Per Christum.

**Alia.**

**P**Artem beatæ resurrectionis ob-  
tineat? vitamq; æternam habere  
mereatur in cœlis. Per te Iesu  
Christe saluator mûdi: Qui uiuis &

*2<sup>do</sup> chegão noante capitolo*

regnas Deus per omnia secula seculo-  
rum? & responso á combentu Amen.

**Sic corpus nondum allatum fuerit, in-  
cipiatur mox psalterium** Beatus vir.

Post lauationem corporis, allato cor-  
pore abbas resumat stolam sicam de-

posuit. Et aspergens corpus aqua be-  
ne dicta, & thurificans, dicat audien-

tibus omnibus. Pater noster? Et ne-  
nos in. A porta inferi? **Ver.** Nihil pro-

ficiat inimicus in (eo?) **ca?**. Dñs vo-  
biscum

**Oremus?**

**D**eus cui soli competit medicinã  
præstare post mortem? tribue

quæ sumus: vt anima (famulitui. N.)  
**famulæ tuæ. N.** terrenis exuta conta-

gijs, in tuæ redemptionis parte nu-  
meretur. Per dominũ nostrũ. **Tunc**

**offeratur corpus in ecclesiam, in cho-**

ante cantore. **Res.** Libera me domine  
cum suis tribus versibus. **Ibunt autē**  
**lequentes crucem eo ordine quo stāt**  
**in choro: ita vt layci monachi præce-**  
**dāt clericos. Post quos incedat abbas**  
**cum stola & baculo, vel quicumq; offi-**  
**cium fecerit: postea nouicij, deinde**  
**defunctus à quatuor vel pluribus qui**  
**bus prior iusserit sublatus. Quos &**  
**conuersi sublequantur.**

Vnde versus.

Cum lotus fuerit, sic in chorum baiuletur.  
Fons, thus, lux, crux, hinc monachi iuuenesq;  
senesq;  
Abbas, inde noui, defunctus, postea cōuers



**L**ibera me domine de morte æter



na indie illa tremen da



**Q**ñ coc li mo uē di sūt & terra



**D**ū ve neris iudica re



fe culū per ig nē **D**ies illa



dies iræ calamitatis & miseriæ. dies



magna & amara val de **T**remés



factus sū ego & ti meo dū discussio



venerit, at q; ven tura i ra **T**



**Q**uid ego miserrimus, quid dicā vel



quid faciam, dū nil boni perferā



ante tantum iudicē. *℟. Libera*

**C**um autem in ecclesia fuerint, deponant corpus in choro: nisi ita sit fetidum ut in ecclesia poni non possit. Abbas vero provideat ubi corpus ponatur. **¶** Finito cantu & fratribus ordinatis ad caput defuncti cum cruce & thuribulo & aqua benedicta: eo ordine quo in ecclesiam venerunt, & lumine super candelabrum posito ad caput defuncti, Abbas stans post eos, siue sacerdos, dicat. Pater noster. Et nemos, A porta inferi. Dominus vobiscum. *Oremus.*

*Oratio.*

**C**ommendamus tibi domine, animā (serui tui. N.) ancilæ tuæ. N.

præcamurq; vt propter (quem) quã  
ad terras tua pietate descenderas, pa-  
triarcharum tuorum sinibus, insinua-  
ri non renuas? saluator mundi: Qui  
vuis & regnas Deus per omnia.

**F**inita autem hac cõmendatione residentes in  
choro eo ordine quo intrauerunt, & quo ad om-  
nia interualla æqualiter se debent habere, ibi in-  
cipiant psalterium, vbi in infirmiterio dimise-  
runt, si tamen inceptũ fuit, Quod si inceptũ non  
fuit, incipiant à capite semper dicentes Requiem  
æternam, totum versum, dum signum pullatur  
ad horam. ¶ **Q**uod si psalterium finierint an-  
te quam corpus sepeliatur, dicant plenarium offi-  
cium defũtorum. Ab hora prandij vsq; ad noctẽ  
Placebo, & verba mea. Post secundum psalteriũ  
Placebo, & dominus regit me. Post tertium. Pla-  
cebo, & Expectans. Ex quo nox fuerit vsq; post  
vi. sequentis diei. Verba mea, & exultabũt, Ebdo-  
medario lectiones legente (si dies fuerit) Parce  
mihi, &c. Si vero nox fuerit, legat eas cui cantor  
iunxerit. Quo percantato. Iterum incipiant

psalterium, quod si ipsum finierint: eodem modo secundum officium: *r.* Dominus regit me, perfoluant, quod si adhuc defunctus super erit, iterum incipiant psalterium, quo finito eodem modo tertium officium compleant. **H**æc autem officia omnia cantando dicantur voce mediocri: & *Res.* Libera me domine non dicatur nisi in tertio officio, & cum primo tantum versu & vna collecta singulariter dicatur. *s.* Inclina domine & psalterium Requiem æternam singulariter dicto terminentur. **E**t quidquid pro eo dicetur quandiu insepultus fuerit, singulariter dicatur.

**Item de defunctis postquam sunt in ecclesia.**

**O**mnis die quo ieiunamus tam æstate quam hyeme, si ab initio nona vsq; ad principium laudum obierit aliquis: dicta missa post primam sepeliatur. Si ab initio laudum vsq; ad finem primæ transierit: Post tertiam tumuletur. Si inde vsq; ad tertiam mortuus fuerit: sextam sepeliatur. Si ab initio tertiæ vsq; ad. vi. ita vt ante sextam missam habere possit: ante nonam sepeliatur. Si ante sextam missam habere non poterit: post sextam eam habeat: & inter nonam & vespas sepeliatur. Si inter sextam & nonam dicatur missa ante nonam & nona si necesse est differatur, & post secundam Refectionem sepeliatur.

Tempore xl. post nonam poterit dici missa pro defuncto: & post primam Refectionem sepelietur.

**T**empore aut quo non ieiunamus, si à pradio vsq; ad laudes sequentis diei obierit: post primam, dicta missa, sepulturæ mandetur. Si à laudibus vsq; ad finem primæ: dicta missa post tertiam tumuletur.

Si inde vsq; ad tertiam: ante sextam sepeliatur. Si à tertia vsq; ad sextam: dicta missa post nonam sepeliatur. Si vero à signo sextæ horæ vsq; ad refectioem: hora & missa celerius dicatur: & post missam reficiant fratres, post nonam vero mortuus sepeliatur.

**E**t ante quam efferatur ad sepulchrum, fratribus ante feretrum stantibus cum cruce & thuribulo & lumine & aqua benedicta. Abbas vero inductus alba stola & manipulo, cum baculo, & pulsato signo sicut ad missam: qui psalmos cantant, in isto psalmo vertant se ad altare, Abbas vero & qui crucem, lumen, incensum cum thuribulo, & aquam benedictam tenent, ordinentur ad caput defuncti hoc modo. Prius aqua, postea lumen, dein de crux ultimus abbas. Thurificatus vero iuxta abbatem: ut quotiens abbas corpus thurificauerit ad finem vniuscuiusq; collectæ paratum tribuat ei thuribulum. Sic autem ordinatis dicat abbas sequentem orationem *Interim*

*fratres vertant se ad alterutrum.*

*Oratio.*

**N**on intres in iudicium cum (ser-  
uo tuo) *ancilla tua* domine? quo-  
niam nullus apud te iustificabitur ho-  
mo: nisi per te omnium peccatorum  
tribuatur remissio. Non ergo (eum)  
*eam* tua quæsumus domine iudicia-  
lis sententia premat? (quem) *quam* ti-  
bi vera supplicatio fidei christianæ co-  
mendat: sed gratia tua illi succurren-  
te mereatur euadere iudicium vltio-  
nis? (qui) *quæ* dum adiuveret (infig-  
nitus) *insignita* est signaculo sanctæ  
trinitatis. Per eum qui venturus est in  
spiritu sancto, iudicare viuos & mor-  
tuos & seculum per ignem. Amen.

*Hic thurificetur. Ref.* Subuenite sancti Dei  
*vt supra.* Kyrieleyson, Christeleyson. Kyrie-  
leyson.

Alia oratio.

**D**Eus cui omnia viuūt, & cui non  
pereunt moriēdo corpora nostra  
sed mutantur in melius? te supplices  
deprecamur: vt quidquid anima (fa-  
muli tui) *famulæ tuæ* viciorum, tuæ  
q; voluntati contrarium, fallente dia-  
bolo, & propria iniquitate, atq; fragi-  
litate cōtraxit? tu pius & misericors  
abluas indulgendo: eamq; suscipi iu-  
beas per manus sanctorum archange-  
lorum tuorum deducendam in sini-  
bus patriarcharum tuorum, Abrahā  
scilicet amici tui? & Isaac electi  
tui? atq; Iacob dilecti tui; quo aufu-  
git dolor & tristitia atq; suspirium? fi-  
delium quoq; animæ fœlici iocundi-  
tate lætantur: & in nouissimo magni  
iudicij die inter sanctos & electos tu-  
os eam facias perpetuæ gloriæ perci-

pere portionem, quam oculus non vi-  
dit nec auris audiuit et in cor hominis  
non ascendit: quæ præparasti diligen-  
tibus te: Per eum qui venturus est in  
spiritu sancto iudicare viuos & mor-  
tuos, & seculum per ignem. Amen.

**Hic glorificetur.**

**Ps.**



**M**emento mei deus quia vêtus



est vitâ me a Nec aspi



ciet me visus hōmi nis. **Ps.**



Et nō reuerte tut oculus me us



ut vi de at bo na



Kyrieleyson Christeeleyso Kyrie



e ley so. a

**A'ia oratio.**

**F**Ac quæsumus domine hanc cum  
(seruo tuo) **ancilla tua** misericor-  
diam? vt factorum suorum non reci-  
piatvicem, (qui) **quæ** tuam in votis

temuit voluntatem: & sicut hîc ( eū )  
**eam** vera fides iunxit fidelium turmis  
ita ( eum ) **eam** illic tua miseratio so-  
ciet angelicis choris: Per eum qui ven-  
turus est in spiritu sancto iudicare vi-  
uos & mortuos, & seculum per ignē?  
Amen. **Hic humilietur. R.**



**L**bera me do mi ne de vi js infer



ni **Q**ui portas æreas cōfre



gisti, & visita sti infer nū



& dedisti eis lumen, ut vi-



dere nte qui erant in poe ni-



s tenebra-



rum. ver. Clamantes & dicentes adue-



ni sti redemptor no ster.  
Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.

Pater noster? Et ne nos inducas in tenta-  
tionem? Requiem æternã dona ei  
domine? Dominus vobiscũ.

Oremus? *Alia oratio.*

**A**nnue nobis domine: vt anima (fa-  
muli tui) *famulæ tuæ* remissionẽ  
quam semper optauit, mereatur per-  
cipere peccatorum. Per dominũ nos-  
trum Iesum Christum. *Tunc inci-  
pente cantore añã.*



**C**horus angelorum.

*Excant omnes cantando psalmos. In exitu isra-  
el. Confitemini. 4. Quem admodum. Memento  
domine David. Domine probasti me. Domine  
clamaui ad te. Voce mea. 2. vt infra. Incedant au-  
tem eo ordine quo itant in choro, sacerdotibus  
precentibus: ita vt abbas eat primus, s. post cru-  
cem, nouitij vero post monachos.*

Vnde versus.

Ibūt ad timulū, fons, lux, thus, crux, simul  
abbas.

Hinc monachi senes, iuuenesq, non libitina  
Post hac conuersi, discedant utique nulli.

Dum ad tumulum peruenerint, abbas & ministri  
ordinentur ad caput fossæ. Et interim dum  
psalmi cantantur, abbas, siue sacerdos, officium  
peragat solis ministris sibi respondentibus, ve  
infra post psalmos.

Psalmus.

**I**N exitu Israel de Egypto, domus Iacob de po-  
pulo barbaro.

**F**acta est Iudea sanctificatio eius: Israel potes-  
tas eius.

**M**are vidit & fugit: Iordanis conuersus est re-  
trorsum.

**M**ontes exultauerunt vt arietes: & coles sicut  
agni-onium.

**Q**uid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis,  
quia conuersus es retrorsum.

**M**ontes exultastis sicut arietes: & coles sicut ag-  
ni-onium.

**A** facie domini mota est terra: a facie dei Iacob.

**Q**ui conuertit petram in stagna aquarum: &  
rupem in fontes aquarum.

**N**on nobis domine non nobis: sed nomini tuo

da gloriam.

**S**uper misericordia tua & veritate tua: nequando dicant gentes vbi est deus eorum.

**D**eus autem noster in caelo: omnia quaecunque voluit fecit.

**S**imulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

**O**s habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.

**A**ures habent & non audient: nares habent & non odorabunt.

**M**anus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt: non clamabunt in guttore suo.

**S**imiles illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

**D**omus Israel sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

**D**omus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

**Q**ui timent dominum sperauerunt in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

**D**ominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

**B**enedixit domui Israel: benedixit domui aaron.

**B**enedixit omnibus qui timent dominum: pusillus cum maioribus.

**A**diciat dominus super vos: super vos & super

filios vestros.

**B**enedicti vos domino: qui fecit coelum & terra.

**C**elum coeli domino: terram autem dedit filiis hominis.

**N**on mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum.

**S**ed nos qui vivimus benedicimus domino: ex hoc nunc & usque in seculum.

**Psalm 118.**

**C**onfitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

**D**icat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

**D**icat nunc domus Aarō: quoniam in seculum misericordia eius.

**D**icant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.

**D**etribulatione inuocaui dominum: & exaudivit me in latitudine dominus:

**D**ominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.

**D**ominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

**B**onum est confidere in domino: quam confidere in homine.

**B**onum est sperare in domino: quam sperare in principibus.

**Q**uoniam omnes gentes circuierunt me: & in nomine domini quia ultus sum in eos.

**C**ircundantes circumdederunt me: & in nomine domini quia virtus sum in eos.

**C**ircumdederunt me sicut apes: & exarcerunt sicut ignis in spinis: & in nomine domini quia virtus sum in eos.

**I**mpulsus euerfus sum vt caderem: & dominus suscepit me.

**F**ortitudo mea & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.

**V**ox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum.

**D**extera domini fecit virtutē: dextera domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.

**N**on moriar sed vitam: & narrabo opera dñi.

**C**astigans castigauit me dominus: & mortē nō tradidit me.

**A**perite mihi portas iustitiæ: & ingressus in eas confitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.

**C**ōfitebor tibi quoniam exaudiisti me: & factus est mihi in salutem.

**L**apidem quem reprobauerunt edificantes: hic factus est in caput anguli.

**A**domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.

**H**æc est dies quam fecit dominus: exultemus & letemur in ea.

**O** domine saluum me fac: o domine bene prof-

perare: benedictus qui venit in nomine domini.

**B**enediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.

**C**onstituite diem solemnem in condensis: vsq; ad cornu altaris.

**D**eus meus es tu & confitebor tibi: deus meus es tu & exaltabo te.

**C**onfitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

**C**onfitemini domino quoniam bonus: quonia in seculum misericordia eius.

**Psalmus.**

**Q**uemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus.

**S**itiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei?

**F**uerunt mihi lachryme mee panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi est deus tuus?

**H**ec recordatus sum & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei.

**I**n voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

**Q**uare tristis es anima mea: & quare conturbas me.

**S**pera in deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei & deus meus.

**A**d me ipsum anima mea conturbata est: pro-  
pterea memor ero tui de terra Iordanis & her-  
mon i, a monte modico.

**A**byssus abyssum inuocat: in voce cataractarū  
tuarum.

**O**mnia excelsa tua & fluctus tui: super me tran-  
sierunt.

**I**n die mandauit dominus misericordiam suam  
& nocte canticum eius.

**A**puē me oratio deo vitæ meæ: dicam deo susce-  
ptor meus es.

**Q**uare oblitus es mei & quare contristatus in-  
cedo dum affligit me inimicus.

**D**um confringuntur ossa mea exprobrauerūt  
mihi: qui tribulant me inimici mei.

**D**um dicunt mihi per singulos dies vbi est deus  
tuus: quare tristis es anima mea: & quare cōtur-  
bas me?

**S**pera in deo quoniam ad huc confitebor illi: sa-  
lutare vultus mei & deus meus.

*Psalms.*

**M**emento domine David. & omnis mā sue-  
tudinis eius.

**S**icut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.

**S**i intreiero in tabernaculum domus meæ: si af-  
cendero in lectum strati mei.

**S**i dederō somnum oculis meis: & palpebris me-  
is dormitationem.

**E**t requiem temporibus meis donec inueniam  
locum domino: tabernaculum deo Iacob.

**E**cce audiui eum in effrata. inuenimus eum  
in campis siluæ.

**I**ntroibimus in tabernaculum eius: adorabimus  
in loco ubi steterunt pedes eius.

**S**urge domine in requiem tuam: tu & arca san-  
ctificationis tuæ.

**S**acerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui  
exultent.

**P**ropter David seruum tuum. non auertas faci-  
em Christi tui.

**I**urauit dominus David veritatem & non frus-  
trabitur eum: de fructu ventris tui ponam super  
sedem tuam.

**S**i custodierint filij tui testamentum meum: &  
testimonia mea hæc quæ docebo eos.

**E**t filij eorum vsq; in seculum: sedebunt super se-  
dem tuam.

**Q**uoniam elegit dominus sion: elegit eam inha-  
bitationem sibi.

**H**æc requies mea in seculum seculi: hic habitabo  
quoniam elegi eam.

**V**idua eius benedicens benedicam: pauperes  
eius saturabo panibus.

**S**acerdotes eius induam salutarium: & sancti eius  
exultatione exultabunt.

**I**lluc producam cornu David: parui lucernam

Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

*psalmus.*

**D**omine probasti me & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.

**I**n intellexisti cogitationes meas de longe: semitam meam & funiculum meum inuestigasti.

**E**t omnes vias meas preuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

**E**cce domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me & posuisti super me manum tuam.

**M**irabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam.

**Q**uo ibo a spiritu tuo: & quo a facie tua fugiam.

**S**i ascendero in coelum tu illic es: si descendero in infernum ades.

**S**i sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.

**E**t eni illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.

*Diuisio.*

**E**t dixi: forsitam tenebre conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

**Q**uia tenebre non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita & lu

& lumen eius.

**Q**uia tu possedisti renes meos: suscepisti me de utero matris meae.

**C**onfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: & anima mea cognoscet nimis.

**N**on est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terrae

**I**mperfectum meum viderunt oculi tui: & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur & nemo in eis.

**M**ihi autem nimis honorificati sunt amicitui deus: nimis confortatus est principatus eorum.

**D**inumerabo eos & super arenam multiplicabuntur: surrexi & adhuc sum tecum.

**S**i occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me.

**Q**uia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate civitates suas.

**N**onne qui oderunt te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam.

**P**erfecto adio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

**P**roba me deus & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas.

**E**t vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via aeterna.

*psalmus.*

**D**

**D**omine clamaui ad te exaudi me: inten-  
de voci meæ cum clamaui ad te.

**D**irigatur oratio mea sicut incensum in conspe-  
ctu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium  
vespertinum.

**P**one domine custodiam ori meo: & ostium cir-  
cumsantiæ labiis meis.

**N**on declines cor meum in verba malitiæ: ad ex-  
cusandas excusationis in peccatis.

**C**um hominibus operantibus iniquitatem: & nō  
communicabo cum electis eorum.

**C**orripiet me iustus in misericordia & increpa-  
bit me: oleum autem peccatoris non impinguet  
caput meum.

**Q**uoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis  
eorum: absorpti sunt iūcti petræ iudices eorum.

**A**udient verba mea quoniam potuerunt: sicut  
crassitudo terræ erupta est super terram.

**D**issipata sunt ossa nostra secus infernum: quia  
ad te domine oculi mei: in te speraui non aufe-  
ras animam meam.

**C**ustodi me a laqueo quem statuerunt mihi: &  
a scandalis operantium iniquitatem.

**C**adent in retiaculo eius peccatores: singulariter  
sum ego donec transeam.

*psalmus.*

**V**oce mea ad dominum clamaui. &c. quere su-  
pra. p. 3.



**C**horus angelorum te suscipiat, & in



sinu Abrahæ ibi te collocet, vt cū



Lazaro quōdā paupere æternā habe-



as requiem. **Seculorum Amen.**

*Et statim Añā Clementissime domine, cantan-  
do quam reperias post orationes, & dum dici-  
tur Domine miserere super peccatore, õnes pe-  
tant veniam. Abbas, siue sacerdos, has sequen-  
tes orationes dicat dum psalmi recitatur, solis  
ministeris sibi respondeantibus.*

Oratio.

**P**læ recordationis affectu fratres charissimi commemorationem facimus (*chari nostri*) *charæ nostræ* (quæ) *quam* dominus de tentationibus huius seculi assumpsit? obsecrantes misericordiam dei nostri, ut tribuere ei dignetur placidam & quietam mansionem: & remittat omnes lubricæ temeritatis offensas? ut concessa venia plenæ indulgentiæ, quidquid in hoc seculo proprio reatu deliquit, totum inefabili pietate ac benignitate sua deleat & abstergat: quod ipse præstare dignetur. Qui vivit & regnat per infinita secula seculorum. Amen.

*Alia Oratio.*

**O**bscramus misericordiam tuam omnipotens deus, qui hominem ad ymaginem tu

am creare dignatus es vt animam &  
spiritū ( famuli tui ) **famula tuæ** ( quæ  
 ) **quam** hodierna die rebus humanis  
eximi, & ad te accersiri iussisti, blandē  
& misericorditer suscipias? non ei do-  
minentur vmbrae mortis, nec tegat  
( eum ) **eam** chaos & caligo tenebra-  
rum: sed ( exutus ) **exuta** ōnium cri-  
minū labe, in sinu Abrahæ patriarchę  
( collocatus, ) **collocata**, locū lucis &  
refrigerij se ( adeptū ) **adeptam** esse gau-  
deat? vt cum dies iudicij advenerit,  
cū sanctis & electis tuis ( eum ) **eam**  
refuscitari iubeas. Per dñm nostrum  
Iesū Christū filiū tuū: qui tecū vivit  
& regnat deus per immortalia secula  
seculorum. Amen **Alia Oratio.**

**D**eus apud quē mortuorū spiritus  
viviūt, & in quo electorū animæ

deposito carnis onere, plena fœlicitate lætatur? præsta supplicantibus nobis, vt anima (famuli tui) **famulæ tuę** quæ tēporali per corpus huius luminis caruit visu, æternæ illius lucis solatio potiatur: non eam tormentum mortis attingat? non dolor horrendæ visionis efficiat? non pœnalis timor excruciet? non reorū proxima cathena constringat: sed concessa sibi venia delictorum omniū, optatæ quietis consequatur gaudia repromissa. Per Christum dominum nostrum.

**Benedictio sepulchri.**

**D**Eus qui fundasti terram & creasti cælos, qui ōnibus nomina syderibus indidisti, qui captū laqueo mortis hominē alluione reparasti, qui sepultos Abrahā, Isaac & Iacob, in spe

lunca duplici, libro vitæ & totius  
ecclesiæ principes annotasti benedicē  
dos? quæsumus bene+ dicere digneris  
hunc tumulum (famuli tui) *amule*  
*tux* vt (eum) *eam* hic requiescere fa  
cias, & in sinu Abrahæ collocare dig  
neris? qui dominum nostrum Iesum  
Christum filium tuum victis laqueis  
inferorum resurgere fecisti: & suorū  
in se credētū mēbra iussisti resuscita  
ri. Respice quæsumus dñe super hanc  
fabricam sepulturæ? descēdat hic spi  
ritus tuus sanctus? vt te iubente sit ei  
in hoc loco quieta dormitio? & intē  
pore iudicij cum sanctis omnibus re  
surrectio te præstante. Qui viuis & re  
gnas per omnia secula seculorum.  
Amen.

*Si tumulus nondum paratus est cum ad Teme  
ritatis quidem venerit: dica de sequentibus col;*

lectis hac reseruata. Quo preparato, antequam  
inchoet ipsam collectam aspergat corpus, pos-  
tea fossam. Deinde thurificato corpore, tradat  
thuribulum illi qui est in fossa vt thurificet eā.  
Moxq; deponatur corpus, & iterum aspergatur  
ab abbate & ab illo qui in fossa est thurificetur  
Quo operto abbas super eum terram semel pro-  
ijciat. Quo facto retrahat se contra sepulchrum  
incipiens.

**T**Emeritatis quidem est domine vt  
homo hominem, mortalis mor-  
talem, cinis cinerem, tibi domino deo  
nostro audeat commendare? sed quia  
terra suscipit terram, & puluis cōuer-  
titur in puluerem, donec omnis caro  
in suam redigatur originem? tuā pijs-  
sime pater lachrymabiliter quæsu-  
mus pietatem: vt huius (famuli tui) fa-  
mulæ tuæ animam quam de mundi  
huius voragine cænuléta, ducis ad pa-  
triam Abrahæ amici tui sinu recipias

& refrigerij rore perfundas? sit ab æstuantis gehénæ truci incendio segregata, & beatæ requie te donante cōjuncta: & quæ illi sunt dñe dignæ cruciatibus culpæ, tu eas gratiæ mitissima lenitate indulge? nec peccati recipiat vicem, sed indulgentiæ tuæ piã sentiãt bonitatem: cūq; finito mundi termino, supernū cunctis illuxerit regnum? nouus homo sanctorū ōnium cætibus (aggregatus, ) *aggregata*, cū electis tuis resurgat in parte dextera (coronandus. ) *coronāda*. Per christū dominum nostrū?. Amen. *Alia.*

**O** Remus fratres charissimi pro spū (chari nostri, ) *charæ nostræ*, quem dño de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum ho die sepulturæ traditur? vt (eum ) *eam* pi

etas domini in sinu Abrahamæ Isaac &  
Jacob collocare dignetur: vt cū dies  
iudicij aduenerit, inter sanctos & elec-  
tos suos, (eum) *eam* in parte dextera  
(collocandum) *collocandam* resusci-  
tari faciat. Præstante domino nostro  
Iesu Christo qui uiuit & regnat per  
omnia secula seculorum? Amen.

*Alia.*

**D**Eus qui humanarum animarum  
æternus amator es: animam (fa-  
muli tui) *famulæ tuæ* quam vera dū  
in corpore mansit tenuit fides, ab om-  
ni cruciatu inferorum redde extorre?  
vt (segregatus) *segregata* ab inferna-  
libus claustris, sanctorum mereatur,  
adunari consortijs. Per Christum do-  
minum nostrum? Amen.

*Alia oratio.*

**D**ebitum humani corporis sepeliē  
di officium, fidelium more com  
plentes? deum cui omnia viuunt fide  
liter deprece mur: vt hoc corpus (cha  
ri nostri) **charæ nostræ** nobis ī infir mi  
tate sepultū, in ordine sanctorum suo  
rum resuscitet? & eius spiritum sanc  
tis ac fidelibus aggregari iubeat: cum  
quibus in enarrabili gloria & perhen  
ni foelicitate p̄frui mereatur. Per chri  
stum dominum nostrum. Amen.

**Alia oratio.**

**S**Vscipe domine animam (famuli  
t̄ni) **famulæ tuæ** reuertētem ad te:  
veste celesti indue eam? & laua eam  
sancto fonte vitæ æternæ: vt inter  
gaudentes gaudeat, & inter sapien  
tes sapiat? inter martyres corona  
ta consedeat, & inter patriarchas &  
prophetas proficiat? & inter aposto-

los christum sequi studeat, & inter an-  
gelos & archangelos claritatem dei  
semper videat? & inter paradisi ruti-  
los lapides gaudium possideat, & no-  
ticiam mysteriorum agnoscat? & in-  
ter cherubin & seraphin claritatē dei  
inueniat, & inter viginti quatuor seni-  
ores cantica canticorum audiat? & in-  
ter lauātes stolas suas in fonte luminis  
vestē lauet, & inter pulsantes portas a-  
pertas cœlestis Hierusalem reperiat?  
& inter videntes, deum facie ad faciē  
videat? & inter canentes canticum no-  
uum cantet: et inter audientes auditū  
cœlestem sonum audiat. Per christum  
dominum.

*Alia.*

**S**Vscipe domine (seruum tuum) an-  
cillam tuam in bonum habitaculū  
æternum, & da ei requiem & regnū

id est Hierusalem cælestem? & in fini-  
bus patriarcharum tuorum, id est A-  
brahæ Isaac & Iacob, (eum) **eam** col-  
locare digneris: & inter surgentes sur-  
gat, & inter suscipiētes corpora in die  
resurrectionis, corpus suscipiat? & cū  
benedictis ad dexteram dei patris ve-  
nientibus veniat: & inter possidentes  
vitam æternam possideat. Per christū  
dominum nostrum.

**Alia.**

**T**E domine sancte pater omnipotēs  
æterne deus supplices deprecamur  
pro spiritu (famuli tui?) **famulæ tuæ?**  
quem à voraginibus huius seculi ad  
te accersiri præcepisti: vt digneris ei  
dare locum refrigerij & quietis. Lice-  
at ei transire portas infernorum & pœ-  
nas tenebrarum? maneatq; in mansio-  
nibus sanctorū, & in luce sãcta: quã

olim Abrahamæ promifisti & femini eius. Nullam leſionem ſuſtineat ſpiritus eius? ſed cum magnus dies ille reſurrectionis aduenerit: ſuſcitare (eū) **cam** digneris domine, vnā cum ſanctis & electis tuis. Deleas eius delicta atq; peccata uſq; ad nouiſſimum quadrantem: cum quo immortalitatis uitam conſequatur & regnum. Per chriſtum dominum noſtrum, Amen,

**Añã.**



**C**lemētiffime domine qui pro nra



miferi a ab ipiorū māibus



mor tis supplicium petu listi.



Libe ra animá eius de ìfernivo



ra gine, & de ministris tartare is



miserator absolue, & cūcta eius



pecca ta obliuione per petua dele,



eam ad lucē tuā āgeli irradiant,



paradisq; iam nuam introducant,



vt dū corpusculū pulueri traditur,



ad a ternitatē perducāt Dñe miserere



super (peccatore.) **Peccatrice.**

Seculorum Amen. *fin des Setes salmes*  
+ *et anima pauperu tuoru ne obliu*

Quo finito, Abbas siue sacerdos expleta clia qua *caro*  
dicit dicat alte Pater noster? Et tne nos inducas  
intentionem? R. equiem æternam dona ei do *in*  
mine?. A porta inferi? Ne tradas domine besti *ine*  
is animam confitentem tibi? Domine exaudi  
orationem meam? Dominus vobiscum?.

Oremus? *Hæc collecta & subsequens, sub vno  
per dominum nostrum dicatur.*

**A**bsolue domine animã (famuli tui,  
famulæ tuæ, ab omni vinculo deli  
ctorum: vt in resurrectionis gloria in  
ter sanctos tuos (resuscitatus) **resusci**  
**rata** respiret.

**D**eus cuius miseratione animæ fide  
liũ requiescũt? animabus famulo  
rum famularumq; tuarum, omniũq;  
fidelium, hîc & vbiq; in Christo quies

E

centium, da propitius veniam peccatorum: ut à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per dominum nostrum. **D**ñs vobiscum? **R**equiescant in pace? **A**men

*Quibus consumatis, incipientes septem psalmos poenitentiales, reuertantur ad ecclesiam verso ordine. s. laycis monachis præeuntibus, & si fuerint nouitij cant primi, & ingressi medium chorum stent eo ordine quo venerunt. Donec sacerdotes à superiori parte prosternantur. Interim Abbas, exutus veste sacerdotali, prosternet se in presbiterio ante altare, & priores post eum. Quod si alius fecerit obsequium, exutus veste sacerdotali, prosternatur in primo ordine inter priores* **F**initis psalmis dicat **Requie æternam dona ei domine Et lux perpetua luceat ei. P**ater noster? **E**t ne nos. **N**on intres in iudiciũ cum (seruo tuo) ancilla tua domine? **R**ef. **Q**uia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs? **A** porta inferi? **D**omine exaudi orationem meam? **D**ominus vobiscũ? **O**remus.?

**S**atisfaciat tibi quæsumus domine deus noster, pro anima (fratris nostri) **sororis nostræ** beatissimæ deige-

nitricis Mariæ, & sanctissimi confes-  
foris tui Benedicti, ac Bernardi: omni-  
umq; sanctorum tuorum oratio, &  
præsentis familię humilis supplicatio  
& peccatorum omnium veniam quã  
precamur optineat: nec (eum) **ca** pa-  
tialis gehennalibus flammis cruciari?  
(queni) **quam** filij tui domini nostri  
Iesu Christi precioso sanguine rede-  
misti: Qui tecum & cum spiritu sanc-  
to viuit & regnat deus, per omnia se-  
cula seculorum. Amen. **D**ominus vo-  
biscum. **R**equiescat in pace. Amen.

**FINIS.**

**E ij**

# Quo ordine fiunt

Processiones in añnerfarijs solemnibus defunctorum.

**I**N añnerfarijs solemnibus defunctorum, solent fieri processiones post missam pulsatis campanis, in quibus. *Res.* Memēto mei deus dicitur in prima statione, cū psalmo Ad dominū cum tribularer & cllā Inclina domine & Quæsumus dñe, ambæ pluraliter, & sub vno per Christū dominū nostrum. *Quæ* dicitur pro Regibus & Reginis *ibi sepultis.* **¶** In secunda vero dicitur. *Res.* Libera me domine de morte æterna, cum psalmo Leuavi oculos meos in montes, & cllā Deus cuius miseratio ne animæ fidelium, pluraliter. **¶** In tertia autē. *Res.* Libera me domine de vijs in ferni. psalmus. De profundis. cllā. Deus veniæ largitor. **¶** Sed in quarta dicitur *Re.* Ne recordaris cū psalmo Lauda anima mea dominū cllā Præsta domine quæsumus & fidelium deus, quæ terminabitur cū Per dñum nostrū sed in reliquis tribus stationibus cllæ terminantur cum Per Cristum dominū nostrum.

**¶** Porro aduertendum est, quod in monasterijs in quibus, nec regis nec reginæ alicuius corpus habetur, non dicuntur orationes eo ordine quo

supra annotata sunt. Sed solūna dicitur oratio  
ad ipsum presens anniuersariū pertinēs, Quæ  
in tribus primis stationibus terminabitur cum  
solo Per Christum dominū nostrum In quarta  
& yltima statione, additur illi Fidelium deus,  
quæ ambæ sub vno per dominū nostrū terminan-  
tur. deinde Dominus vobiscum. *ver.* Requiem  
æternā dona eis domine *ver.* Requiescāt in pace  
¶ Hoc ipsum non nunquam seruatur etiam in  
monasterijs in quibus ipsorum regū corpora ha-  
bentur, excepto quod in prima statione dicuntur  
illæ duæ orationes. *Inclina dñe & Quæsumus*  
ambæ pluraliter & in reliquis oratio ad ipsum  
anniuersarium pertinēs vt nunc dictum est.

¶ Sed in anni versario quod fit pro episcopis, ab-  
batibus, & abbatissis ordinis nostri, in quo non fi-  
unt illæ stationes. sed vna tantum in capitulo, cū  
*Res. Ne recorderis, & psalmo. De profundis hæ*  
*orationes solent dici. Præsta domine quæsumus*  
*Per Christū dñū nostrū. deinde Oremus, Deus*  
*venæ largitor & Fideiū deus. Per dñū nostrū.*

In quarta statione: *Res.*



Ne re corde ris peccata me a



do mi ne. Dū uene ris



iudicare se cū lū



per ig nē. ✠ Non in



tres in iudi ciū cū cū seruis



tu is do mi ne. Kyrie

eleyson. Christe leysc̄. Kyrie eleyson.

In commemoratione episcoporum  
abbatū, & abbatissarū ordinis nostri.

Oratio.

**P**Ræsta dñe quæsumus: vt animæ famulorū famularumq; tuarum, quorum anniuersarium depositionis diē cōmemoramus? indulgeniam pariter & requiē capiant sempiternam. Per.

In cōmmemoratione personarum regularium ordinis nostri Oratio.

**O**m̄ps sempiterne deus cui nunquā sine spe misericordiæ supplicatur? propiciare animabus famulorū famularumq; tuarū: vt qui de hac vita in tui nominis confessione discesserunt? sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per.

In tricenario solemnī.

**D**eus veniæ largitor & humanæ salutis auctor? quæsumus clementiam tuam: vt nostræ congregationis fratres, sorores, familiares, & benefactores qui ex hoc seculo transierunt? beata Maria semper virgine intercedete cum omnibus sanctis, ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per. & præsta domine quæsumus.

*In commemoratione omnium defunctorum. Oratio.*

**F**idelium deus omnium conditor & redemptor? animabus famulorum famularumq; tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt? pijs supplicationibus consequantur. Per.

*In commemoratione parentū & fra-*

*trum nostrorum.*

*Oratio.*

**D**Eus cui propriū est miserere semper & parcere? propiciare animabus famulorum tuorum, & omnia eorum peccata dimitte: vt mortis vinculis absoluti transire mereātur ad vitā.

*Alia pro defunctis.*

**I**Nclina domine aurē tuā ad præces nostras? quibus misericordiam tuā supplices deprecamur: vt animas famulorum tuorum quas de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas? & sanctorum tuorum iubeas esse consortes. Per.

*Alia pro foeminis defunctis.*

**Q**Væsumus domine pro tua pietate miserere animabus famularū tuarū? et à contagijs mortalitatis exutas: in æternæ saluationis partem ref-

citue. Per.

*Pro his qui in cemiterio iacēt. Oratio*

**D**Eus cuius miseratione animæ fidelium requiescunt? animabus famulorum famularumq; tuarum, ōniumq; fideiū, hīc & vbiq; in Christo quiescētium, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti, tecū sine fine lætētur. Per eūdē.

*De sancta Maria. Oratio*

**C**oncede nos famulos tuos quæsumus domine deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præfēti liberari tristitia? & futura perfrui læticia. Per.

*De sancto Bernardo. Oratio*

**P**erfice quæsumus domine pium in nobis sanctę religionis effectum: et

ad optinendam tuæ gratiæ largitatē?  
beatus Bernardus abbas & doctor  
egregius, suis apud te semper pro no  
bis meritis & præcibus intercedat. Per.

*De sancto Benedicto. Oratio.*

**E**Xcita domine in ecclesia tua spiri  
tum cui beatus Benedictus abbas  
seruiuit: vt eodem nos replente stude  
amus amare quod amauit? & opere ex  
ercere quod docuit. Per. eiusdem,

**Ordo benedicen  
di monachos, vel moniales.**

**P**ost Euangelium, statim ante quā  
dicatur. Dominus vobiscum vel  
Credo si dicendum est, accedant bene  
dicendi ad gradum & ibi ordinati le-

gant Cartam, siue professionem suā,  
quam cum primus illorum legerit, fa-  
ciat in ipsa crucem, & tunc inclinans  
accedat ad altare petens veniā ad gra-  
dum ipsius: deinde erectus ponat pro-  
fessionem super dextrum cornu alta-  
ris osculans illud: & iterum inclinās  
reuertatur ad gradū. Similiter faciāt  
reliqui per ordinem. Abbas vero inte-  
rim stans in dextro cornu altaris tol-  
lat inde cartulas, & omne officium de-  
bet explere in peniali & baculo pasto-  
rali, vnde statim post Euangelium de-  
bet casulam deponere. Positis autem  
professionis super altare, reuersi bene-  
dicendi ad gradum, dicant omnes si-  
mul hunc versum. ✠. Suscipe me do-  
mine secundum eloquium tuum &  
viuam? & non confundas me ab expe-  
ctatione mea?. *Petentes veniam ma-*

nibus & genibus in terra positis, tam  
festis diebus quam cæteris, quoties fi-  
nierint ipsum, & conuentus eundem  
versum ter respondeat, adiungēs. **Glo-  
ria patri. Kyrieley son. Christeeley tō  
Kyrieley son. Pater noster. Abbas au-  
tem dicat. Et ne nos inducas intentā-  
tionem. ⁊ fratribusq; respondentibus.**  
Sed libera nos a malo **Imponat cātor  
psalmum Miserere mei deus decanta-  
tum alternatim ab utroq; choro cum  
Gloria patri. Ad quam non est incli-  
nandum sicut nec ad illam quæ dici-  
tur post suscipe me domine. Nouitij  
vero ter petita venia post suscipe me.**  
Statim humiliēt se ad pedes abbatis,  
& aliorum si plures fuerint, & minis-  
trorum. Postea humiliēt se ante prio-  
rem, & pertransēant chorū ipsius hu-  
miliantes se ad pedes singulorum. Et

iterum redientes per medium chorū  
percurrant dexteram partem, sicut fe-  
cerunt & sinistram. Et indecipientes  
extra chorū prosternantur ante pe-  
des infirmorum si affuerint. Quo fac-  
to reuertentes per mediū chorū pro-  
sternant se sub gradu. Circa finem  
vero psalmi: abbas cum baculo acce-  
dens ad gradum dicat ( Saluos fac ser-  
uos tuos? ) saluas fac ancillas tuas?. Mi-  
tte eis domine auxilium de sancto?.  
Nihil proficiat inimicus in eis?. Esto  
eis domine turris fortitudinis?. Domi-  
ne deus virtutum conuerte nos: Do-  
minus vobiscum?.

**Oremus?.**

**D**Eus indulgentiæ pater, qui seue-  
ritatem tuæ districtiōis tempe-  
rans, indulisti ne filius portet iniqui-  
tatem patris? & qui mira dispensatio

ne etiam malis bene vtens, tuæ digna-  
tionis gratiam per eos frequenter ope-  
raris? quæsumus clementiam tuâ: vt  
his (famulis tuis) **famulabus tuis** nō  
obsistat, quod habitum religionis per  
nos tanta ac tali re indignos accipiūt?  
sed ministerium quod exterius per  
nos exhibetur, tu interius per donum  
sancti spiritus exequaris. Per dominū  
nostrum. eiusdem.

**Oremus?.**

**D**Eus qui per coeternum tibi filiū  
cuncta creasti? quiq; mundum  
peccatis inueteratum, per mysteri-  
um incarnationis eius renouare dig-  
natus es: te suppliciter exoramus. vt  
eiusdem domini nostri gratia super  
(hos famulos tuos) **has famulas tuas,**  
abrenuntiationem seculi profitentes,

clementer respicere dignetur? per quã  
ĩ spiritu suarũ metiũ (renouati) **reno-**  
**uata**, veterem hominẽ cum actibus  
suis exuant: & nouũ qui secundũ deũ  
creatus est, induere mereatur. Per eun-  
dem dominum.

**Oremus?**

**D**omine Iesu Christe qui es via si-  
ne qua nemo venit ad patrẽ? quã  
sumus benignissimam clemẽtiam tu-  
am: vt (hos famulos tuos) **has famu-**  
**las tuas**, à carnalibus desiderijs (abstra-  
ctos, ) **abstractas**, per iter disciplinæ re-  
gularis deducas? & qui peccatores vo-  
cre dignatus es dicens. Venite ad me  
omnes qui laboratis & onerati estis  
& ego vos reficiã: præsta vt hæc vox  
inuitationis tuæ, ita in eis cõualescat  
quatenus peccatorum onera deponẽ-  
tes, & quamdulcis es gustantes, tua

refectiōe sustentari mereantur: & si  
cut attestari de tuis ouibus dignatus  
es. agnosce ( eos ) eas inter oues tuas?  
& ( ipsi ) ipsæ te agnoscant. vt alienū  
non sequantur sed te: neq; audiant vo  
cem alienorum, sed tuam qua dicis,  
qui mihi ministrat me sequatur. Qui  
uiuis & regnas per omnia secula se  
culorum.

**Oratio ad sanctum spiritum.**

**Oremus?.**

**S**ancte spiritus qui te deum ac do  
minum reuelare mortalibus dig  
natus es: in mensam tuæ bonitatis gra  
tiam postulamus? vt sicut vbi vis spi  
ras. sic & his ( famulis tuis ) **famula  
bus tuis** affectum deuotionis indulge  
as: & quoniam tua sapientia sunt. ( con  
diti ) **conditæ** tua quoq; prouidentia

gubernentur? (quos) **quas** iuxta con-  
suetam tibi gratiã vnctio tua de om-  
nibus doceat: & per intercessionem  
beatissimi Benedicti. quem precipu-  
um huius sanctæ institutionis legis la-  
torem dedisti. necnon & aliorum san-  
ctorum, ad quorum nomina petiti-  
onem faciunt, (eos) **cas** à vanitate se-  
culi veraciter conuerte? & sicut es õ-  
nium peccatorum remissio. deprimẽ-  
tes impietatis obligationes in eis di-  
solue: & ad obseruantiam huius san-  
cti propositi, fac (eos) **cas** certatim fer-  
uere? in tribulationibus & angustijs.  
tua in deficienti consolatione valeant  
respirare: & piẽ & iustẽ per veram hu-  
militatẽ atq; obedientiã. in fraterna  
caritate (fũati) **fũdatur.** quod te donã  
te promiserũt, foelici p̄seuerãtia cõple-  
ãt? Quod ipse prestare digneris: Qui

cum deo patre sanctoq; vnigenito fi-  
lio eius domino nostro Iesu Christo  
vuis & gloriaris deus, per infinita se-  
cula seculorum. Amen.

*Hic erigantur nouicij. & abbas ipso-  
rum cuculas benedicat.*

*Oremus?.*

**D**omine Iesu Christe qui tegmen  
nostræ mortalitatis induere dig-  
natus es: obsecramus inmensam tuæ  
largitatis abūdantiam? vt hoc genus  
vestimenti quod sancti patres ad ino-  
centiæ vel humilitatis indiciū ab re-  
nuntiantibus seculo ferre sanxerunt.  
tu ita bene **✠** dicere digneris: vt (hi fa-  
muli tui) *hæ famulæ tuæ* (qui) *quæ*  
hoc (vsi) *vix* fuerint, te induere me-  
reantur. Qui vuis & regnas per om

nia secula seculorum. Amen. **Deinde**  
aspergat eas aqua benedicta, et statim  
exuat ipsos nouicios proprijs vestibus  
ita dicendo.

**E**Xuat te dominus veterem hominē  
cum actibus suis. **fratribus respon-**  
**dentibus. Amen. Induat eos cucullā**  
ita dicens.

**I**Nduat te dominus nouum hominē  
qui secundum deum creatus est, in  
iustitia & sanctitate veritatis. **fratri-**  
**bus respondentibus. Amen.** Post hæc  
cātor in benedictione monachorum  
dicat hynum. **Veni creator spiritus,**  
& à conuētū alternatim totus hynus  
cantetur, & nouiter benedicti in suo  
ordine collocentur. Quo dicto abbas  
prosequatur officium missæ.  
In benedictione vero monialiū, post-  
quam, **cuculam vel mantellum dede**

rit, benedicat ipsas moniales publicè

Oremus?.

**D**EUS æternorum bonorum fidelis-  
sime repromissor, certissime per-  
solutor? qui vestimentum salutare et  
indumentum æternæ iocunditatis tu-  
is fidelibus promissisti. clementiam tu-  
am suppliciter exoramus: vt hoc in-  
dumentum humilitatem cordis &  
contemptum mundi significans. quo  
tuæ famulæ sancto visibiliter sunt in-  
formatæ proposito, protinus bene +  
dicas? vt beatæ castitatis habitū, quē  
te inspirante susceperunt. te protegē-  
te conseruet: & quas vestibis veneran-  
dæ promissionis iuduis temperaliter  
beata facias immortalitate vesti. Per  
dominum nostrum.

**Benedictio velaminis.**

**C**aput omnium fidelium deus, & totius corporis saluator: hoc operimentum velaminis, quod famulæ tuæ propter tuum tuæq; genitricis beatissimæ scilicet semper virginis Mariæ amorem, suis capitibus debet imponere, tua dextera sancti + fici? & hoc quod per illud mysticè datur intelligi: tua semper custodia corpore pariter & animo incontaminato custodiantur? ut quando ad perpetuam fætorum muneratione venerint, cum prudentibus & ipsæ virginibus præparata, te pducete ad perpetuæ felicitatis nuptias introire mereatur. Qui viuis.

*Quando datur eis velamen dicat abbas.*

**A**ccipe velum sacratum puella: quod per te eras sine macula ante tribunal dñi nostri Iesu Christi cui flectitur o-

ne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum, in secula seculorum. Amē.

*Oratio.*

**F**Amulas tuas quęsumus dñe, tuę custodia muniat pietatis? vt cōtinentiæ sanctę propositū, quod te inspirāte susceperūt: te protegēte illesum custodiant. *Sequitur hęc oratio.*

**D**A quęsumus omnipotens deus: vt hęc famulę tuę, quę pro spe retributionis æternę tibi dño desyderant obsequi: plenę fide, animoq; in sctō proposito permaneāt. Tu eas ōnipotēs pater scti + ficare, & bene + dicere, & in perpetū cōseruare digneris? tribue eis dñe humilitatē, castitatē, obedientiā, charitatē, & ōniū operū bonorū quātitatē: da eis dñe pro operib9 gloriā? pro pudore verecūdiā: pro pudicitia sanctitatē: vt ad meritū possint

gloriæ peruenire. Per dñum nostrū.

**P**ost hæc cātorisa incipiat. Veni cre  
ator spūs. &c. & à conuētū alterna  
sim totus hynus cātetur. & nouiter be  
nedictę in suo ordine collocētur. Quo  
dicto abbas psequatur officiū missæ.

**P**orro si alius sacerdos missā cātaue  
rit post Euāgeliū stet sicut diximus  
abbatē stare, donec totū circa nouiti-  
os cōpleatur. Nouicij vero post abbe  
tē cāt ad pedes ipsiꝝ sacerdotis. Quod  
si ad missā benedicēdi non fuerint, sta  
tim post sextā benedicātur, fratribus  
choro sicut ad missā cōmutatis, verū  
tamen facies suas ad altare habeāt dū  
hæc omnia cōplētur. Et sciēdū quod  
quibbet abbas etiā in præsentia maio  
ris alii satis propriū nouitiū benedicet

CONIMCRICAE.

Excudit Ioānes Aluarus typographus Regiꝝ.

FINIS.

M. D. LV.



